



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Ignis Holocavsti Sev Affectvs Ex Divinis literis, & Sanctis  
Patribus collecti, Quibus animus Sacerdotis ad piè,  
feruenterq. celebrandum disponatur**

**Poiré, François**

**Romæ, 1639**

Contritio cordis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53152](#)

156



## DIE MERCVRII

Ad Christum acce-  
dam vt Sponsū.

ANTE MISSAM.

*Directio Intentionis.*

Deus cæli , & terræ. fol. 60  
Ego volo celebrare Missam  
fol. 84-

*Contritio cordis.*

Osea 3.



MATOR ho  
minum ,  
qui dixi-  
sti animæ  
meæ, Sponsabo te mihi  
in iustitia, & iudicio, &  
in

**Contritio cordis. 157**

in misericordia, & mi-  
serationibus, & spon-  
sabo te mihi in fide, &  
scies, quia ego Domi-  
nus, agnosce vocem  
veritatis tuæ, & imple  
fidē promissionis tuæ.

*Ierem. 3  
Psal. 34.  
S. Aug.  
Solilog.  
B.c. 6.*


Tu enim rursum dix-  
sti, Fornicata es cum  
amatoribus multis, ta-  
men reuertere ad me,  
& ego suscipiam te.  
Quare & ego cōfiteor  
aduersum me iniustitiā  
mēa tibi Domino meo,  
& sponso meo, quia  
auersa sum à te auer-  
sione pessima, & abijt  
te relicto post amato-  
res

158 *Die Mercarij*  
res alios. Ipsi autem  
diuiserunt sibi vestimē  
et virtutum, quibus or-  
naueras me: fecerunt  
sibi viam per me, sub  
pedibus suis oculca-  
uerūt me, facibus pec-  
catorum polluerūt té-  
plum sanctum tuum,  
posuerunt me desola-  
tam, & mœrore confe-  
ctam. Nūc igitur, Do-  
mine mi, præstabilis  
super malitia, ne tradas  
bestijs animam confi-  
tentem tibi, reuoca eā  
de tenebris in admirab-  
*Cap. 4.* ile lumen tuum. Dic  
verbum, Domine fiat  
lux,

**Conritis cordis. 159**

lux , vt videam lucem,  
& vitem tenebras : vi-  
deam viam , & vitem  
inuium : videam veri-  
tatem , & vitem vani-  
tatem : videam vitam,  
& vitem mortem. Illu-  
minare , Domine , lux  
mea, illuminatio mea ,  
& salus mea , quem ti-  
mebo: Dominus meus,  
quem laudabo , Deus  
meus , quem honora-  
bo ; Pater meus, quem  
amabo: Sponsus meus,  
cui me seruabo . Illu-  
minare, inquam , illu-  
minare lux huic cæco  
tuo, qui in tenebris , &  
in

160 *Die Mercurij*  
in umbra mortis sedet,  
& dirige pedes eius in  
viam pacis , per quam  
ingrediar in locum ta-  
bernaculi admirabilis,  
usque ad domum Dei  
in voce exultationis,&  
cōfessionis. Vera enim  
confessio est via , per  
quam ingrediar ad te ,  
via, per quam egrediar  
ab iniuio , & reuertar  
ad te viam , quia tu es  
verè via vitæ.



*Desi-*